# Band VI., Nr. 1706, Seite 105-106

*Walther und Konrad, die Schenken von Limpurg, geben den von dem Ritter Berthold von Braunsbach den Brüdern des Hospitals von Jerusalem zu Hall veräußerten Hof nebst Baumgärten zu Braunsbach unter Verzicht auf ihre lehensherrlichen Rechte daran denselben zu eigen.*

## Ohne Ortsangabe, 1263. März 22.

Quoniam actiones hominum evanescunt cum tempore, si non ydonearum personarum testimonio et litterarum inditio confirmantur, hinc est, quod nos Waltherus et Cunradus frater meus pincerne de Linpurg ad noticiam tam presentium quam futurorum pervenire cupimus et protendi, quod nos bona illa in Brunsbach, curiam videlicet et arbusta, que fratres sancte domus hospitalis Iherosolomitani in Hallis apud Bertoldum militem de Brunsbach conparaverunt, quibus bonis predictus Berthtoldus a nobis infeodatus fuerat, ipsis fratribus in proprietatem assignamus, iuri nostro feodali in predictis bonis integraliter renunciando. Et ad ratificanda bona predicta, ne de ipsis in posterum aliqua fiat inpeticio, nos Waltherus pincerna de Linpurg et nos Bertoldus de Brunsbach, filius suus dictus Bierman, Cunradus filius Lvdiwici de Brunsbach warandos eorundem bonorum nos esse protestamur. Et ad maiorem confirmationem predictorum presentes conscribi fecimus litteras sigillorum nostrorum robore confirmatas.

Acta sunt hec anno domini M$^{o}$. CC$^{o}$. LXIII., XI$^{a}$. kalendas Aprilis. Testes huius rei sunt hii: frater Cunradus conmendator, frater Vlricus, frater Hermannus de Clara Stella, *S*cisterciensis ordinis, dominus Cunradus de Velliberg, Cunradus de Brunnen, Sifridus Kimo de Enselingen, Eisbreth de Enselingen, milites; Cunradus scultetus civitatis, Heinricus filius sculteti, dominus Waltherus senior Sulmagister, Cunradus Trillir et Otto frater suus, Heinricus Berler, item fratres sculteti Hermannus et Hermannus, Heinricus Sulmagister, Cu[n]radus filius Trilliri et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An der Urkunde drei Siegel: 1) Das Siegel des Walther von Limpurg, vgl. die Siegelbeschreibung z.B. zu Urkunde Nr. 1623 (WUB, Bd. VI, S. 16); von der Umschrift erhalten: + S . . . RI . I*m*P*er*IAL . . . NE . DE . . RCH. 2) Das schildförmige Siegel des Schultheißen Konrad von Hall, c. 57, c. 47 mm (II. B.): Drei Pfennige

(Heller), 2 zu 1 gestellt, in den oberen ein breitendiges gekerbtes Kreuz, zwischen den Enden der Balken und dem Umkreis der Pfennige ein Punkt, im unteren eine offene Rechthand; von der Umschrift erhalten: + . S . CVNRADI . SCV (N u. R verbunden) . . . . . 3) Das Siegel Konrads von Limpurg, namentlich am Rande sehr beschädigt (III. B. 3): Der Schenk auf schreitendem Pferd, den Kopf mit einem Topfhelm bedeckt, mit dem über den Kopf zurückgeschwungenen Schwerte zum Schlag ausholend, am linken Arm einen nahezu dreieckigen Schild mit fünf 3 zu 2 gestellten Kolben.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
B 352 U 41

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**
Braunsbach Wohnplatz (2742)
Braunsbach, SHA
Bronnen Wohnplatz (4726)
Bronnen, Neuler, AA
Enslingen Wohnplatz (3443)
Enslingen, Untermünkheim, SHA
Lichtenstern Wohnplatz (2063)
Lichtenstern, Löwenstein, HN
Schwäbisch Hall SHA
Schwäbisch Hall Gemeinde (3313)
Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
Schwäbisch Hall, SHA
Vellberg Wohnplatz (3467)
Vellberg, SHA